¶ Sed licet hoc verum esset de iure tempore prædictę legis fori, quod ita possit reuocari donatio tertię partis bonorum, sicut donatio legitimę facta filio si non supervixerit patri, prædictis rationibus, hodie tamen attendente dispositione legis 18. de Toro, credendum hoc non procedere: imo quod donatio partis tertię bonorum, vel alicuius rei, quę faciat tertium non poterit reuocari per alios filios superstites à filio, qui non supervixit patri, vel eius hęredibus, quoniam filius, vel nepos est capax prædictę meliorationis tertij, etiamsi non sit hęres patris, & sic non est necesse quod supervixerit patri, vt prædictum tertium habere possit, sed solum quod sit filius, aut nepos eius, qui meliorationem fecit, etiamsi pater eum præcedat, & ita expresse disponit prædicta lex 18. de Toro, quę notabi-

lis est in sua decisione. Si ergo nepos est capax prædictę meliorationis tertię partis, etiamsi pater eum præcedat, qui est hęres patris bene sequitur quod poterit filius, vel nepos habere dictam meliorationem tertij, etiamsi non supervixerit patri, nec ceteri filij poterunt eam reuocare, ex eo quod non supervixerit filius qui prædictam meliorationem recepit.

¶ Quod tamen est intelligendū & limitandū si prædicta donatio facta à patre filio, qui non supervixit patri non excedat tertium & quintum bonorum patris, quia tunc reuocabitur per filios superstites in eo quod excedit, nā ille filius capax est meliorationis tertię & quintę partis bonorum, etiamsi non sit hęres patris (vt supra diximus,) de nepote quem pater eius præcedebat, idcirco si pater donauit filio aliquam rem pro legitima sua, & superfluum in tertio & quinto bonorum eius si non supervixerit patri reuocabitur per alios filios superstites in eo quod habet pro legitima si excedat tertium & quintam partem bonorum, quia non fuit capax legitimę cum non supervixerit patri, nec sit hęres eius, sed bene poterit retinere, in quantum prædicta donatio facit tertium & quintum bonorum patris, quia in his non est necesse quod supervixerit patri, vt supradiximus.

¶ His itaque discretis articulis de donationibus, videlicet factis filijs à parentibus de legitima, & tertio, & quinto bonorum, & quando reuocari possint ab alijs filijs nunc videamus. *Si en algun caso la donacion del quinto q̄ el padre hizo à un extraño, ò à uno de sus hyos en caso que sea irreuocable, porque le entregò la possession de la cosa que le hizo donacion, se podria reuocar en parte por los hyos que quedaron viuos. Exempli gratia, pongamos que el padre hizo donacion à un extraño, ò al hijo, en la manera dicha que sea valida è irreuocable del quinto de sus bienes, ò de una heredad q̄ valiesse el quinto de los bienes que entonces tenia, despues vino el padre à consumir*



mir y gastar las otras quatro partes de sus bienes que quedaron, en alimentarse à sí y à su familia, ò perdio el caudal que tenia en alguna mercaderia y contrato que tenia, y viene à morir sin dexar bienes aliquos, ò tan pocos, que no llegan à tanto como el quinto que dio primero al extraño, ò al hijo, como dicho es, si los otros hijos tendran algun remedio para pedir y sacar parte deste quinto que el padre dio en vida, de manera que juntado lo que tiene quando murio, y el quinto que donò en vida no pueda llevar mas el donatario del quinto desto, y no el quinto de la que tenia al tiempo que hizo la donacion. Ista quaestionem mouit glos. in l. 1. C. de inoffic. donatio. in nona quaestione, vbi concludit, quod non possit reuocari in aliquo, nec dici inofficiosa donatio si à principio fuit valida, quia non tangebatur legitimam filiorum, quia legitime facta est, & non debet ex casu superuenienti reuocari, vt inofficiosa, & cum glos. tenent, & eam sequuntur Ioannes Faber. Alberic. Cinus, Bald. & Paul. contrariam tamen opinionem tenuit ibi Martinus glossator antiquus, vt refert ibi Cinus, & Alberic. cuius opinio videtur mihi verior de iure rationibus per eum adductis, & alijs, de quibus infra dicetur, quibus congrui responderi non potest. Ratio Martini hæc est, quod filij cuius pater donauit, vel hodie quintam partem bonorum, si postea pater residuum bonorum amisit certam de damno vitando, donatarius vero de lucro, ideo de æquitate agere possunt contra donatarium, quia potior est causa legitime filiorum, quæ est sibi debita, vel quasi debita quam donationis, etiamsi legitime, & sine fraude facta sit: idcirco filij, vt creditores præferri debent donatario, vt in l. fin. §. etsi præfatam, versic. licentia creditoribus, C. de iur. deliber. & in l. qui autem, versic. simili- que modo, ff. de his quæ in fraudem creditor. quæ ratio potissima est, & nõ congrue respondetur ei per Doctores

qui contrariam sententiam tenuerunt, dicunt enim, quod filij non bene comparantur creditoribus, quia legitima non est à patre sibi debita, sed quasi debita: ideo non possunt, vt creditores donationem à patre factam reuocare. Sed hæc ratio non valet, nec est sufficiens ad excludendam rationem, & iura quæ Martinus allegat: nam licet filij non sint vere creditores patris sicut ceteri creditores, respectu tamen donatarij cui pater donauit potiores sunt in legitima sua, & donationem reuocare possunt, sicut veri creditores reuocant, & hæc est intentio omnium legum in titulo, C. de inoffic. donat. & idem erat de iure digestorum, vt in l. Titia, la segunda, §. Imperator, ff. de legat. 2. idcirco nihil interest, quod filij sint vere creditores, vel quasi creditores cum respectu donationum creditores reputentur patris, & potior sit causa legitime filiorum, quam donatariorum.

¶ Item si bene consideretur gloss. in dicta l. 1. C. de inoffic. dona. in dicta quaestione nona hoc non tenuit ad quod allegatur, imo tenet contrarium, & pro opinione Martini, nam licet primo videatur tenere quod non reuocetur donatio, quia legitime facta sit postea subdit, sed vt supra dicitur in 8. quaestione, pendet interim dum viuit, scilicet pater quasi dicat idem esse in hac quaestione, quod in superiore proxima, vbi tenuit, quod si pater donauit totum suum patrimonium, postea autem multo plus acquisiuit, & totum filio reliquit, quod non detur ei querella, nec reuocetur donatio, quia pendet dum pater viuit si relinquat filio integram legitimam vel nõ, & sic si bene inspiciantur verba gloss. non tenuit dictam opinionem ad quod allegatur, sed solum disputauit an valuerit donatio à principio, ita quod non possit reuocari dum pater viuit, quia legitime facta est, ideo pendet ex futuro euentu si pater alia bona postea quasiuit quæ reliquit filio



in quibus habet integram legitimam, si vero non sufficiant ad legitimam possit reuocare donationem vsque ad debitum bonorum subsidiū inspecto patrimonio patris, quod nūc habet, & habebat ante donationem factam secundum formam datam in authen. vnde, etsi parens, C. de inoffic. testamen. & hæc est intentio, & decisio gloss. si bene consideretur, quæ potius assentit opinioni Martini quam contradicit.

¶ Item pro hac opinione Martini, est text. expressus in authen. nouissima, C. de inoffic. testam. quæ venit ad declarationem legis cum quæritur, C. de inoffic. testament. vbi habetur quod ad excludendā inofficiosi testamenti querellam inspicitur si filius habeat quartam vel legitimam integrā bonorum patris, quæ reliquit tempore mortis: nam si habet legitimam bonorum, quæ reliquit pater tempore mortis, non habet querellam, authentica autem vnde, etsi parēs dicit, quod etiam habebit querellam filius, vel aget ad supplementum si habeat quartam legitimam bonorum, quæ pater reliquit tempore mortis, si modo per donationem antea factam: patrimonium pater consumpsit, ita quod non habeat legitimam integram filius respectu bonorum, quæ donauit pater. Ecce ergo vbi respectu donationum non respicit lex patrimonium, quod reliquit pater tempore mortis, sed illud etiam quod habeat ante donationem factam: ita quod omnia illa bona iungantur, & cumulentur, tam donata, quàm relicta tempore mortis, vt ex eis omnibus filius habeat legitimam, non ergo inspiciendum est si à principio legitime donatum sit, si postea ex omnibus his bonis non relinquatur legitima filio, & patrimonium patris iudicatur, id quod donauit simul cum eo quod reliquit tempore mortis ad hoc, vt ex his omnibus filius habeat legitimam: quia legitima filiorum non minuitur per donationes à patre fa-

ctas, nec valet ratio DD. qui contrariam sententiam tenuerunt, videlicet, quod donatio prius facta legitime facta fuit, & non trangebatur legitimā filiorum, ideò ex casu superuenienti non debet reuocari, quia non dicitur legitime facta, sed est impendenti vsque ad mortem patris, licet à principio valuerit, tamen cum sua causa, vt si filio non relinquat pater integram legitimam ex bonis quæ reliquit, & donatis: filius agere possit ad supplementū, vt in dicta authen. vnde si parens, iuncta l. cum quæritur, C. de inofficios. testam. nec his obstant iura pro contraria parte allegata, videlicet, l. Sancimus, la primera, C. de administration. tutor. quia alio casu loquitur, videlicet quando debitor iuste, & rite soluit tutori, id quod debebat non debet quod rite, & secundum legem factum est postea ex alio euentu retractari. Sed in casu nostro non rite, & secundum legem facta est donatio cum nō relinquatur legitima integra filio bonorum, quæ reliquit pater tempore mortis, non deductis donationibus antea factis, quæ non minuunt legitimam filiorum. Item pro hac parte, & opinionem Martini facit hodie lex Regia 29. Tauri, & quæ ibi notant communiter omnes Scribentes in eo quod dicit, quod solum in dote data filia datur electio filia, vel genero ad excludendum inofficiosi testamenti querellam, quod possit eligere valorem bonorum patris tempore dotis constitutæ, vel tempore mortis patris: ergo si in dote, hoc est, speciale fauore dotis, in alijs donationibus contrarium est, imò quod inspiciatur valor bonorum tempore mortis patris, & ita tenent ibi communiter omnes Scribentes, ex quo sequitur, quod in ista donatione à patre facta, de qua loquitur gloss. in dicta l. i. de inoffic. donati. solum debet inspici valor bonorū, quæ reliquit pater tempore mortis, & bonorum, quæ pater habebat ante donationem factam, vt ex his omnibus  
filius



filius habeat legitimam ad excludendum in officio si testamēti querellam, & non sufficit, quod filius habeat legitimam integram bonorum, quæ habebat pater tempore donationis, nam regulariter lex requirit, quod inspiciatur valor bonorum patris, quæ habebat tempore mortis, non tempore donationis factæ, vt in dicta l. cum quæritur, iuncta authent. vnde et si parens, C. de inofficios. testament. nec potest dici, quod legitime facta fuit donatio in vita patris facta, quia non excedit dodrantem, quia ad excludendā querellam in officio si testament. non inspicitur valor bonorum tempore donationis factæ, sed est impendenti vsque ad tempus mortis patris, & tunc inspicitur, an filius habeat legitimā integram ex bonis donatis, & relictis, vt in dicta authent. vnde et si parens, iuncta l. cum quæritur, C. de inofficios. testament. nec potest dici, quod pater legitime fecit prædictam donationē, cum non excedat quintum, quia cogitare debuit, quod bona, quæ tunc habebat tempore donationis consumi potuerunt, vel casu, vel in vsibus suis necessarijs ad alendum se, & familiā suam, maxime si longam vitam habere potuit, & sic cessat ratio, & argumētum Doctorum, & gloss. si illud sensit in dict. l. i. C. de inoffici. donatio. quod non puto hoc sensisse, (vt supra diximus) & idem tenet Molina in capit. 2. libro 4. de Hispan. primoge. vbi in simili quæstione idem sentit & decidit, & sic resolutiue teneo, *que en este caso quando el padre, ò madre hizo donacion del quinto de sus bienes à un extraño, ò à su hijo, ò de una cosa que valia el quinto de los bienes que entonces tenia, si despues gastò, ò consumo en sus necessidades lo que le quedaua, ò parte dello, de manera que no les quedò à los otros hijos enteramente su legitima, podran pedir que el donatario de los bienes de la donacion del quinto, les hincha y pague su legitima, ò lo que les faltare della, auido respecto al valor de los bienes del padre antes que hi-*

*ziesse la donacion al extraño, ò à uno de sus hyos, quod æquissimum & iuri consonum mihi videtur, vnum tamen est aduertendum, quod donatarius qui rem donatam accepit à parente vel extraneo, cū valuerit à principio, quia quintam partem bonorum patris non excedebat si eam rem distraxerit minoris quam valeat, vel casu amisserit non tenebitur ultra quam factus sit locupletior ex ea, vt in l. cum autem, versic. in hoc tamen, ff. quæ in fraud. credi. qui est tex. multum notabilis in proposito, vnde si donatarius qui rem accepit à parente, vel extraneo, vsque ad quintum bonorum eius rem donatam vendidit, minoris forte quam valebat, vel si iusto precio vendiderit eam, nunc tamen cum ceteri filij veniunt ad impugnandam donationem quintæ partis bonorum quam pater fecit extraneo, vel vni ex filijs, quia pater bona quæ habebat tempore donationis consumpsit, vel casu amissit, multo plus valet, ita quod donatarius teneatur emptori de euietione si ab emptore res petatur utili rei vindicatione, proposita prius quærella in officio si donationis, (vt supra diximus,) non tenebitur donatarius qui dictam rem titulo donationis accepit nisi ad precium quod recepit pro ipsa re vendita in quantum factus est locupletior, & non ultra, vt ex eo suppleatur legitima filiorum, cū bona fide, & iuste acceperit rem donatam, quæ non excedebat quintum bonorum eius qui donationem fecit, nec ceteri filij poterunt ipsam rem ab emptore petere, aut vindicare, quæ nunc multo plus valet cum emptor regressum habeat contra donatarium, qui eam vendidit ne in damno remaneat donatarius, qui fuit bonæ fidei possessor qui actenus tenebatur quatenus factus est locupletior, & non ultra, text. est notabilis ex quo sumitur prædicta conclusio in l. sed et si lege, §. i. & §. item si rem distraxit, ff. de peti. hæred. vbi in simili q. hoc statuitur iuncta dicta l. cū autem, ff. quæ in frau. credi.*



## QVAESTIO. XXXV.

31 **V**LTERIVS quæritur. Si el padre, ò madre durante el tiempo de su vida hizieron algunas donaciones por menudo en poca cantidad. Exempli gratia, las Pascuas, y fiestas solemnes dieron à sus criados que les auian seruido, y auian cobrado su seruido, ò à sus parientes pobres algunos dineros, ò trigo en poca cantidad, como lo suelen hazer los hombres nobles, y ricos con sus criados que les han seruido, y con sus parientes pobres, y otras personas semejantes, que juntandolo todo, lo que dieron en su vida desta manera, ò Misas que hazian dezir en cada vn año por sus difuntos, ò por descargo de sus conciencias, viene à ser gran cantidad: si saldra esto del quinto, de tal manera, que el padre, ò madre no podrá disponer por su anima, ò entre estraños, de todo el quinto de los bienes presentes que dexan al tiempo de su muerte, sino solamente del remanente del quinto: sacando primero aquellas donaciones que hizieron minuatim en su vida, como està dicho. Qua in re Roderic. Xuar. in l. quoniam in prioribus, quæstione 9, fina. colum. versic. vbi autem pater inter viuos non donasset, C. de inofficio. testament. tenet, quod si pater fecisset in vita aliquas donationes modicas de his non fiat consideratio, nec deducantur de quinto, imo quod pater possit de tota quinta parte bonorum disponere, sed Tello Fernand. in l. 30. Tauri, nume. 4. contrarium tenet allegans, & expresse improbens prædictam opinionem Roderic. Xuar. ait enim non interesse filiorum an grauentur donationibus à patre minuatim factis in legitima sua, vel vnâ sola donatione, quæ excedat quintum, mihi autem videtur sic posse concordari prædictas opiniones, que la opinion de Rodrigo Xvarez proceda, y aya lugar quando el padre hizo las donaciones en tan poca cantidad, y à personas tan pobres, y benemeritas que no pueden passar honestamente, segun la qualidad de su per-

sona, sin darles aquello que les dio por menudo en cada vn año. Quia talis donatio non est proprie liberalitas, sed necessitas, vt habetur in l. cum plures, §. fin. ff. de administrat. tutor. vbi notant Doctores, & expresse hoc tenet Bart. quem ceteri sequuntur in l. contra iuris, §. si filius, ff. de pactis, vbi concludit, quod in istis casibus non est mera donatio, quia ad donandum cogebatur secundum mores ciuitatis, & ideo quodammodo cogitur donare, vt parcat pudori suo, & pro hoc bene facit text. notabilis in l. quintus, ff. mandati: pero si las dichas donaciones no fueron muy menudas, ni muy uecessarias, sino que honestamente pudiera passar el padre y madre sin darlas, porque su hacienda, ni qualidad no le obligauan à ello: en tal caso proceda la opinion de Tello Fernandez: y que se le desquente al padre del quinto, y se saquen del, quod verissimū, & iuri consonum mihi videtur.

## QVAESTIO. XXXVI.

33 **I**TEM quæritur. Si el padre, ò la madre casaron alguna hija comun constante el matrimonio muerto el padre, ò la madre, si la hija serà obligada à traer à colacion, y particion toda la dote que recibio viniendo à heredar à solo el padre, ò sola la madre que murio primero. Respondeo, que viniendo à heredar al padre, traerà à colacion, y particion la mitad de la dote, y la otra mitad quando viniere à heredar à la madre, si la dote fue de bienes mejorados durante el matrimonio entre su padre, y madre, porque siempre se entiende ser dotada de los bienes mejorados durante el matrimonio, y de aquellos son obligados el padre, y la madre à pagar la dote auiendo bienes mejorados, ò hasta en la cantidad que los ouiere, vt in l. 53. de Toro, quæ hoc ita disponit, en lo qual se ha de aduertir, que no se diran bienes mejorados si el padre, ò la madre compraron alguna heredad, ò casa durante el matrimonio, sino que se ha de ver por el inuentario, y precios del quanto su



man todos los bienes, y herencia que quedaron al tiempo de la muerte del padre, o madre, y de aquellos sacadas las deudas, y la dote, y bienes capitales que cada uno dellos truxeron al matrimonio; todo lo de mas se dicen bienes multiplicados, o mejorados, y no la heredad, o casa que se comprò durante el matrimonio, y la dieron en dote à su hija, porque esta se puede aver comprado con el capital de uno dellos, por que no se entiende ser bienes mejorados hasta que sea saneado y sacado el capital del marido, y de la muger que truxeron al matrimonio. Non enim dicuntur lucra, nisi deducto ære alieno, & capitali utriusque socij, vt in l. Mutius, & l. coiri, & l. cum duobus, §. damna, ff. pro socio, tradit late gloss. in l. r. titul. 3. lib. 3. fori: Pero sino ouiesse bienes mejorados en el matrimonio, en la manera que està dicho, en tal caso si el marido, y la muger juntamente prometieron la dote, ha se de pagar de los bienes de ambos, y sino de los bienes de solo el marido, vt in d. l. 53. Tauri: y assi, si entrambos marido y muger la prometieron como dote que procedio de la hazienda, y capital de ambos, traer à la hija à colacion, y particion la mitad della con cada uno dellos que viniere à heredar: y sino la prometio, ni se obligò la madre: en tal caso, no auiedo bienes mejorados en el matrimonio, o hasta la cantidad que faltare para henchir la dote si à caso no auia tantos que bastassen, sera obligada la hija à traer à colacion toda la dote quando viniere à heredar al padre, o la mitad della, hasta donde alcançaren los bienes mejorados: y lo restante que no alcançaren los bienes mejorados, traer à colacion de sola la herencia del padre, y no de la madre. Hæc practica seruatur, & sumitur ex dict. l. 53. de Foro, vbi notant, & tenent omnes Scribentes.

## QV AESTIO. XXXVII.

36 **I**TEM quæritur. Si el padre, o madre en su testamento declararon que deuian alguna cantidad de maravedis,

à alguna persona, y mandaron que sus herederos se lo pagassen, y no constasse de la deuda, ni se pudiesse prouar, si se sacar à esta deuda del quinto en que fue mejorado uno de los hyos, o se sacar à del cuerpo de todos los bienes? & videtur dicendū, quod de omnibus bonis hæreditatis deducendum sit hoc legatum, tanquã æs alienum, non de quinto bonorum, in quo filius erat melioratus, quia non est proprie legatum, sed solutio debiti, vt est casus expressus in l. r. §. si quis creditori, ff. ad legem Falcid. maxime si pater iurauit esse debitum, quod creditori suo legauit in testamento, vt in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de legat. 3. vbi notat Bart. & ceteri Scribentes. Respondeo, que sin embargo desto se deue tener lo contrario, ituo, sino pareciesse, ni constasse que se deuian los dichos maravedis contenidos en la dicha manda y legado que valdra por manda graciosa, y no por deuda, y se sacar à del quinto, y no del cuerpo de bienes que han de heredar los otros hyos. Quia si non constat de debito valet tanquam legatum, vt in l. si sic, §. r. ff. de legat. 1. & l. 1. & 2. C. de falsa causa, adiecta lega. quia alias aperietur via multis fraudibus, & sic posset pater fraudare filium in legitima confitendo se recepisse, vel debere, quod non debet, vel non recepit, hoc probatur ex l. qui testamentum faciebat, ff. de probatio. & tenet expresse Bart. quem ceteri sequuntur Doctores in dict. l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de legat. 3. nec obstac text. in dict. l. r. §. si quis creditori, ff. ad l. Falcid. nam ibi loquitur de testatore, qui libere poterat de bonis suis disponere. Sed in patre qui solum de quinto disponere potest in præiudicium filiorum non loquitur ille textus. Sed seruanda est opinio Bart. in d. l. cum quis decedens, §. Titia, de legat. 3. etiamsi pater iurauerit debitum, vt declarat ibi Bart. rationibus ibi per eum adductis.



37 **I**TEM quæritur. Si el marido en su testamento mandò que sus herederos restituyessen à su muger los bienes dotales que ella truxo con el al matrimonio, entre los quales auia algunos bienes rayzes sin aprecio, en los quales auia gastado alguna cantidad de maravedis en plantar ò edificar en ellos en utilidad y provecho de los dichos bienes, si podran los herederos del marido pedir que se les pague primero lo que gastò el marido en mejorar los dichos bienes, y retenerlos hasta que se les pague, ò seran obligados à restituyrlos sin que se les paguen los dichos gastos? Respondeo, si el marido mandò boluer y restituyr à su muger la dote que truxo à su poder quando se casò, en tal caso podran los herederos cobrar los gastos y expensas que el marido hizo en plantar, ò mejorar los bienes dotales, porque es visto no mandarle mas de la dote que era obligado à restituyrle, pero si el mandò restituyr todos los bienes dotales que à su poder truxo, entonces no podran pedir los herederos los gastos y expensas que en ellos auia hecho el marido, porque es visto el marido madarle todos los bienes libres sin los dichos gastos. Textus est notabilis, quem ita ibi declarat ibi glos. in verbo, dotem, & Bart. & Paul. in lege meuius, §. fin. ff. de leg. 2. quæ distinctio est multum notanda, quia contingere quotidie potest, licet textus ille non facit differentiam aliquam in modolegandi, sed solum in eo, an sit maritus qui legauit vel alius, qui non tenebatur dotem restituere, nam in marito semper habebit locum deductio expensarum, ideò non est sine dubio opinio Bart. & aliorum qui illum textum intelligunt, etiam in marito, qui uxori legauit quidquid ad eum nomine dotis peruenit, licet non sit ab ea recedendum, quia omnes Doctores eam tenent, vt testatur ibi Alber. & Ioannes de Imola.

38 **V**terius quæritur de alia notabili quæstione, quæ contingit in villa de Lucena, que es del Obispado de Cordoua, vbi lex fori non seruatur, nec diuiduntur lucra facta constante matrimonio inter virum & uxorem, vt supra diximus in principio huius tractatus, sed omnia lucra pertinent ad maritum, quæ talis est. Murio la muger sin dexar hyos ni decendientes, y dexò en su testamento por su heredera à su madre, y mandole el tercio de sus bienes à su marido, el qual auia recebido en dote y casamiento con ella muchos bienes muebles y rayzes sin aprecio, durò el matrimonio quatro meses, y no mas, porque se casò à principio de Enero, y murio la muger en fin de Abril, ò à los primeros de Mayo, (vt apparuit exactis.) Es agora la duda, como se partiran los frutos destos bienes rayzes que eran viñas y oliuares, y los frutos estauan parecidos y crecidos? Respondeo, que en este caso no se ha de tener consideracion à lo que dispone la ley del fuero, que manda partir los frutos entre el marido y la muger y sus herederos quando murio el vno dellos estando los frutos parecidos en las heredades, porque como està dicho, estas leyes del fuero han lugar donde son vsadas y guardadas, y la muger ha de llevar parte de las ganancias hechas durante el matrimonio, las quales no se vsan ni guardan en el Obispado de Cordoua. Esto presupuesto digo, que los frutos se partiran pro rata temporis, segun la distincion, l. diuortio. ff. soluto. matrimonio. y el marido lleuara iure mariti, el tercio de los frutos del dicho año por los quatro meses que durò el matrimonio: pero de las otras dos tercias partes que pertenecieron à los herederos de la muger, es la duãa, si lleuara la tercia parte de las dos tercias partes, por razon del legado q le fue hecho por la muger que le mandò el tercio de todos sus bienes, & videtur dicendum, que pucs le pertenece el tercio de todos los bienes de la muger al marido, ansi muebles como rayzes, que por la misma



razon le pertenece tambien el tercio de todos los frutos de los dichos bienes que le quedaron à la muger por bienes suyos, sacado el tercio que lleuò el marido por la rata del tiempo que durò el matrimonio, y el señorío de los bienes dotales, como està dicho. Contrarium tamen in hac specie tenendum esse existimo. Sino que el marido no lleuarà parte alguna por razon del dicho legado de las dos tercias partes de los frutos de las dichas heredades que le quedaron à la muger sacado el tercio que ha de lleuar el marido de la rata que durò el matrimonio, sequentibus rationibus.

¶ Lo primero, porque en el legado del tercio, ò quinto de los bienes, non veniunt fructus, nisi à tempore moræ, non à tempore mortis testatoris, sicut in cæteris legatis, vt est text. expressus, quæ ad hoc notat ibi Bart. & cæteri Scribentes in l. si quis bonorum, ff. de legat. 1. cuius ratio est, quia in legato tertie partis bonorum non habet legatarius tertiam partem in qualibet re hæreditaria, nec transit dominium eius in legatarium, nam potest hæres soluere legatum in æstimatione non in ipsis rebus hæreditatis, ita declarat Bartol. in dict. l. si quis bonorum, ff. de legat. 1. & probat text. notabilis, in l. nõ amplius, §. cum bonorum parte, ff. eodem titul. Y assi no puede lleuar frutos el legatario del tercio de los bienes, pues se lo puede pagar el heredero en la estimacion, ò en algunos bienes de la herencia estimados, quales pareciere al juez, cuius arbitrio relinquitur: por lo qual no podra lleuar el tercio de los dichos frutos, pues no fue el señor del tercio de los dichos bienes, ni se sabe en que parte se la darà y pagara el dicho tercio. Nec obstat si dicatur, quod in hoc casu non debentur fructus tanquam fructus rei legatae, sed tanquam pars ipsius tertij legati. Porque al tiempo que murio la muger, que fue en fin de Abril, ò à principio de Mayo, no estauan los frutos maduros para poderse coger, ni los herederos de la muger son obligados à tener los dichos frutos en sus tier-

ras, y arboles, y criarlos, para que el marido lleue la tercia parte dellos, por razon del dicho legado que hizo la muger, hasta que maduren, maxime, que no se contiene en el dicho legado la tercia parte de las dichas tierras, y heredades, ni de los dichos frutos, ante moram, sed est in æstimatione iudicis in quibus rebus soluat (vt supra diximus) y assi se concluye, que no lleuarà el marido la tercia parte de estas dos tercias partes de frutos que han de quedar para el heredero de la muger, sacado el tercio que pertenece al marido de la rata del tiempo que durò el matrimonio: pero ha se de aduertir que en este caso, aora quiera el heredero pagar este legado en la estimacion, ò en una especie, ò dos de la herencia que vala el tercio, siẽpre se ha de tener consideracion à lo que valen mas estas viñas, ò oliuares, ò bienes rayzes que quedaron quando murio la muger por razon de estas dos tercias partes de frutos, como estonces estauan immaturos que le quedan por bienes de la muger sacado el tercio que ha de lleuar el marido (como està dicho) y deste valor y estimacion de las dichas heredades con las dos tercias partes de frutos como entonces estauan que le quedan à los herederos de la muger lleuarà el tercio el marido. Hæc practica sumitur ex l. in lege Falcidia, placuit, ff. ad legem Falcid. quod est bene notandum, quia pauci ad hoc aduertunt, & confert ad alia multa.

## QVAESTIO. XL.

40 QVADRAGESIMO  
quæritur, Si muerta la madre el padre casasse y dotasse una hija comun que huuo de aquel matrimonio en que huuo bienes mejorados, y al tiempo que le prometio la dote, no dixo que le daua parte della à quenta de los bienes y legitima de la madre. Si serà obligada la hija à recibir la mitad desta dote que le prometio, y dio su padre à quenta de la herencia, y legitima de su madre, ò solamente à quenta de la legitima de su padre, y podra despues de velada, como emãcipada pedir los bienes, y herencia de su madre?  
& videz



& videtur dicendum, quod pater teneatur de bonis suis dotem qua promissit solvere, non de bonis maternis, cum ipse hoc non expresserit in promissione dotis, sed ipse solum se obligauerit, & promissit prædictam dotem simpliciter, quo casu de bonis suis dedisse intelligendum est, vt in l. fin. vbi hoc notant Doctores, C. de dot. promiss. nec his obstat lex 53. de Toro, quæ corrigit prædictam legem codicis, & statuit, quod prædicta dos, etiam si à solo patre promissa fuerit, solvatur de bonis communibus acquisitis constante matrimonio (si talia bona acquisita fuerint) nam illa lex loquitur quando filia fuit dotata constante matrimonio, tunc enim quasi negotiū commune patris, & matris qui dotare filiam tenebantur gestum fuerit, solvitur dos à patre promissa de bonis communibus quæsitis durante matrimonio, etiam si pater solus promissit, quia videtur communi nomine suo, & vxoris promississe, sed quando vxore defuncta maritus solus promissit dotem, cessat prædicta ratio, & dispositio legis Tauri, cum iam sit soluta societas soluto matrimonio, & prædicta lex expresse loquatur, quādo dos promissa fuit à marito constante matrimonio, cum ergo prædicta lex Regia corrigat legem codicis solum in illo casu, quando dos promissa fuit à patre constante matrimonio, vt non teneatur ipse solus de bonis suis solvere, sed de bonis acquisitis constante matrimonio non recte possumus dictam legem extendere ad casum, quādo dos promissa est à patre soluto iam matrimonio cum sit correctoria iuris communis, & non sit eadem ratio in vno casu quam in alio, vt in l. præcipimus, C. de appellatio. & in l. illud, ff. ad legem Aquil. & l. à Titio, ff. de verbor. obligat. cum concordant. & in expresso istam conclusionem tenet Didacus del Castillo in dicta l. Tauri in 10. colum. versic. secus dicens erit, quæ refert & sequitur Anton. Gom. in

eadem l. 53. Tauri, num. 24. & hoc de rigore iuris verius esse puto, licet D. Couarru. in cap. 19. lib. 3. variar. resolut. contra. teneat, dicitque contrariā sententiam in practica receptam esse rationibus per eum adductis à qua nō puto esse recedendum. *Y ansi se deue tener, q̄ la dote dada à la hya, ò la donacion propter nuptias dada al hyo por el padre suelto el matrimonio, auiendo bienes mejora os en el matrimonio de que poder se dar hasta en aquella cantidad, ò hasta do llegare, se entendera que la da el padre de los bienes mejorados durante el matrimonio de los bienes comunes del, y de su muger defunta, y no de sus propios bienes del padre, y por esta misma razón trae ra à colacion esta hya la mitad de la dote en la parte de la herencia de la madre, y la otra mitad quando viniere à heredar à su padre.*

42 ¶ Sed hic insurgit dubium, si el marido, y la muger dieron en dote à su hya, ò en donacion propter nuptias à su hyo alguna cosa que era propia del vno dellos, ò porque la truxo al matrimonio quando se casaron, ò la heredò de sus padres, ò parientes durante el matrimonio, si se entenderà auiendo bienes gananciales en el matrimonio, que esta dote, ò donacion propter nuptias ha de ser de por medio de los bienes multiplicados durante el matrimonio, o solamente de aquel que dio la dote, ò donaciõ de sus propios bienes. Quo casu videtur dicendū, quod talia bona in dotem data, vel in donationē propter nuptias sint, & data censeantur ex bonis communibus acquisitis inter virum, & vxorem: restamen propria mariti, vel vxoris non potest videri data ex bonis communibus acquisitis constante matrimonio, cum verum non sit, sed necessario dicere debeamus, quod talis res data sit ex bonis mariti si sua sit, vel vxoris si eius erat alioquin sequeretur, quod si maritus, vel vxor velit dotare filiam ex aliquibus bonis proprijs ultra bona communia, quæ vterque tam maritus, quàm vxor dederint in dotem filia ex bonis constante



constante matrimonio quæsitis non possint hoc facere quod esset falsum, nam bene licet marito vel vxori renūtiare beneficio illius legis & alterius quæ pro eis institutæ sunt, vt in l. si quis in conscribendo, C. de pactis cū concor. & dotem dare filiæ de suis proprijs bonis, quod facere videtur eo ipso quod rem propriam dedit in dotem, & sic videtur quod lex 53. Tauri procedat & locum habeat cum dos promissa est in pecunia vel quantitate vel in rebus acquisitis constante matrimonio inter virum & vxorem, non autem quando datur res propria alterius coniugis, de consensu eius, argumen. tex. in l. talis scriptura prope fin. ff. delega. 1. & l. Nensenus, §. 1. ff. de re iudic.

43 ¶ Sed his non obstantibus contrarium verius esse existimo imo, quod prædicta lex 53. Tauri procedat in distincte siue dos data sit ex bonis communibus durante matrimonio, siue ex rebus proprijs mariti vel vxoris semper censeatur dos data vel promissa ex bonis communibus quæsitis constante matrimonio nisi aperte constaret quod ille cuius erat dicta res in dotem data voluit ex suis bonis dotem in illa re constituere, tunc enim ex suo dotasse videbitur, in re enim sua quilibet est moderator & arbiter, sed in dubio lex illa regia seruanda erit quæ in distincte loquitur quod dos data vel promissa per maritum quædo sunt bona quæsitæ durante matrimonio soluantur de illis bonis quæsitis matrimonio constante, & sic colligitur ex illa lege in quantum dicit, quod dos promissa per maritum soluantur de bonis communibus acquisitis constante matrimonio, nec interest quod res mariti vel vxoris promissa vel data sit in dotem quia solutio fieri debet ex bonis communibus. *Y así se ha de tener que el marido ó la muger cuya era la cosa que fue dada ó prometida en dote sacará el valor della del monton de los bienes multiplicados, y así en efe-*

*cto sera la dote de los bienes ganados durante el matrimonio aunque fuesse la cosa que se dio propia del vno. Quod euidentissima ratione procedit cū enim obligatio dotandi filiam communem sit communis patris, & matris, quando habent bona quæsitæ constantem matrimonio, vt colligitur ex prædicta lege Tauri vbi hoc notant Doctores, & D. Couarru. in capitul. 19. libr. 3. variar. resol. prope finem merito actionem ex illa l. aut actionem pro socio vel negotiorum gestorum habet alter eorū qui dotem ex bonis suis dedit vt consequatur partem à marito vel vxore sicut socius consequitur à socio, quod in rem communem impendit, vt in l. pro socio, §. si tecum, & l. si fratres, §. idem respondit el segundo, versicul. item si in communem, ff. pro socio.*

QV AESTIO XLI.

44 **Q**VADRAGESIMO primo queritur. *Si el padre ó la madre mejoraron à un hijo comun de entrambos en el tercio de sus bienes y se lo dio y señaló el vno dellos en una casa ó heredad que fue ganada durante el matrimonio, si valdra la mejora en todo ó en la mitad que era del padre ó de la madre que hizo la mejora.* Hæc quæstio pendet ex alia quæ non parum disceptata est inter Doctores nostros huius regni, an dominium rerū quæ constante matrimonio acquiruntur inter maritum & vxorem sit penes vxorem, pro dimidia parte quæ ad ipsam vxorem pertineat, an dominiū totius rei sit penes maritum qui ipsam parauit, teneatur tamen rem ipsam rem communicare & dimidiam vxori tradere, in qua quidem quæstione magis communiter Doctores nostri tenent, quod statim re comparata vel acquisita per maritum transeat dominium in



in uxorem pro parte sua, licet postea possit eam maritus solus sine licentia uxoris sine fraude alienare, ut resoluit Pala. Rub. in l. 16. Tauri numer. 9. Segura in tractatu de bonis constante matrimonio acquisitis col. 21. idem resoluit & firmat D. Co-uarr. in capitul. 19. lib. 3. varia. reso. numer. 2. licet Tellus Fernan. contrarium teneat in l. 16. Tauri post longam disputationem, sed prima opinio communiter recepta est, quæ fundatur multis rationibus & iuribus per eos adductis. Hoc præsupposito, si vera est opinio Tell. Fernan. & aliorum quos ipse refert in allegata l. 16. de Toro, quæ hæc est quam supradiximus, nullum habet dubiū, planum enim est & sine dubio quod pater potest meliorationem tertij, quam facit vni ex liberis suis assignare in quacunque re voluerit ex hæreditate sua, ut in l. 19. Tauri quæ hoc expresse disponit, sed si vera est contraria opinio quæ magis communiter recepta est quod dominium rei quæsitæ durante matrimonio inter maritum & uxorem statim quaratur uxori pro parte dimidiam quæ eam tangit, dubium est non leue, an valuerit melioratio tertij facta filio pro parte dimidia quam vxor habet in dicta re, quæ constante matrimonio acquisita est cum sit res aliena & non patris, qui nam assignauit filio pro melioratione tertij (pendet enim hæc quæstio ex alia grauiore) videlicet, an maritus possit titulo donationis res quas constante matrimonio acquisiuit alienare, in quo Doctores huius regni qui super hoc scripserunt varie locuti sunt quidam enim ex eis tenent, quod maritus possit rem communem constante matrimonio quæsitam alienare, titulo donationis, vel quouis alio titulo, dum tamen nõ faciat animo fraudandi uxore in parte sua, hoc sensit X Suarez in l. fori tit. *de las ganancias*, 8. limitatione versicul. quæro vltius de quotidiana,

quæstion. & expressius Anton. Gom. qui hoc constanter asserit in l. 19. Tauri, numer. 73. versi. pulchrum tamen dubium est, vbi allegat plura quæ suæ opinioni suffragantur, inter quæ est lex regia ordinamenti titul. 4 libr. 5. l. 4. quæ expresse permittit marito bona constante matrimonio acquisita alienare, dum tamen hoc fiat sine fraude & damno uxoris, quæ lex loquitur sine distinctione aliqua, an alienatio fiat titulo donationis vel alio sed generaliter loquitur, de qualibet alienatione quod verbum etiam donatione nõ cõprehendit, ut in l. fin. C. de reb. alienis nõ alienad. & in auth. de non aliena. §. alienationes col. 2. quod potissimū fundamētū est Ant. Go. cui difficile est respondere cū sit lex regia quæ seruanda est prout iacet vel scripta est sine distinctione alia, ut in l. de pretio, ff. de publici. in re actio. & l. prospexit, ff. qui & à quibus manu. libe. non fin. & l. quos prohibet, ff. de posthu. Contrariam sententiam tenent Pala. Rub. in rub. de dona. inter virum & vxor. §. 66. num. 29. Imo quod maritus non possit res acquisitas constante matrimonio titulo donationis alienare pro parte uxoris sine consensu eius, hoc idē fundat, & expresse tenet reprobans audacter opinionem Anton. Gom. Tell. Fer. in l. 19. Tauri numer. 3. & 4. versic. hæc sunt verba nostri Gometij, vbi in multis eum mordere conatur sed sine ratione iudicio meo leuibusque, fundamentis quibus ipse Gom. respondet Tell. vero non sufficienter Gometij & aliorum opinionem impugnat, quorum opinio verior mihi esse videtur in puncto iuris, attenda dispositione dictæ legis ordinamen. quæ generaliter loquitur & permittit marito alienationem rerum quæ constante matrimonio acquisitæ sunt dummodo fiat sine fraude idcirco mihi videtur (salua correctione cuiusquā melior sentientis) quod prædictæ opiniones possunt cõciliari, & ad concordiam reduci eo modo qui infra sequitur.

¶ Et



